

cognita, uel non placebat, ut confirmaret receptam scholarum opinionem, ex publica confessione supplicem fecerat. Exemplar uetustum extat Strazburgi in bibliotheca maioris templi: qui uolet, inspiciat, si mihi forte diffidit. Quod idcirco censui indicandum, ut appareat etiam grauium receptorū scriptorum libros etiam atq; etiā inspiciēdos excutiendosq;. Si hoc contigit in hoc loco, quis neget alibi quoq; potuisse accidere? Proinde quoties dubitatum fuerit, exemplaria uetusta consuli debent, quæ expedit in bibliothecis asseruari propter falsarios coarguendos. Hunc libellum de Definitionibus ecclesiasticorum dogmatum citat Isidorus in opere quodam, nullā Augustini faciens mentionem. Videtur tamen ea natus ætate, quandoquidem Iouiniani meminit & Vigilantiū, quanquam hunc arbitror cottidianæ accessione locupletatum, ut quidque decretum aut damnatum fuit, qua ratione etiam ista xxx. capita in medio addita uideri queant, loco conuenientissimo, post caput uidelicet quod de libero arbitrio tractat, quemadmodū & caput xviij. adiectum apparet, cum non habeat in uetusto codice, ut nec LX. nec LXI. nec LXII. Certe Petrus Lombardus Theologicarū sententiarum coaceruator, hunc libellum Gennadij nomine citat, quem ego crediderim postremo quædam adiecisse, & hinc autoris emeruisse titulū. id quod in Etymologiarum libris Isidoro contigit, in Sententijs Petro Lombardo, & apud Græcos Suidæ. Sed & apud Gratianum ex his dogmatibus nonnulla leguntur, quædam Celestini nomine, quædam Gregorij Romanorū pontificum, quædam Augustini titulo. In summa liber non est unius autoris, nedum Augustini, definitiones complectens diuersis tēporibus factas, proinde à compluribus consarcinatus. Constat tamen lectu dignissimum esse, quem euoluens cogitare potest quā expedior fuerit olim Christianismus, ac est hodie, nōdum tot legibus natis, quarum adhuc nullus finis est. Pauca tum & breues regulæ erant, nunc multo plures & inuolutores. Quod si dogmata scholasticæ Theologiæ qs numerare coner, intra CCC. annos ex magna parte cum monachis istis quos à mendicando cognominant in orbem ingressa, quorum est tanta fecunditas, ut adhuc se

cottidie multiplicent, si quis inquam numerare uelit, is undas (quod aiunt) numeret, & harenam metiatur. Ea uidemus hodie minis principum & suppliciorum intentione defendi, procurantibus ijs, qui rationibus suis disfidunt.  
Bene Vale.

1	De fide.
2	De incarnatione.
3	Quod æternus sit.
4	De trinitate.
5	De hominibus.
6	De resurrectione.
7	Quod omnia creata, & de.
8	De iudicio.
9	Quod nullum iudicium.
10	Quod ante.
11	Quod solus.
12	Quod omnia.
13	Quod im-
14	Quod an-
15	mul crea-
16	Quod du-
17	Quod sol-
18	beat ani-
19	Quod an-
20	Quod an-
21	corpore.
22	Quod du-
23	homo.
24	Quod sp-
25	cum ani-
26	De libero.
27	Quod A-
28	ferit, nec
29	gratia p-
30	Quod n-
31	bus, nisi
32	solus est
33	Quod n-
34	uemur
35	re non
36	Quod pe-
37	utamu-
38	Quod o-
39	dona l-
40	Quod o-
41	motu-
42	Quod g-
43	cata d-
44	ne cor-
45	Quod p-
46	lum a-
47	dum,
48	ligent
49	quid a-